

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Krause Casparus Michaelis

Disputatio Physica De Anima Rationali

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729614948>

Druck Freier  Zugang



Rupel 1644.
Heinrich Krause
Caspar Michaelis



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn729614948/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729614948/phys_0002)

DFG

53

בָּרְחוֹת

DISPUTATIO PHYSICA DE ANIMA RATIO- NALI.

Quam

Consensu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ,
In Celebrissima Academia Rostochiensi,

PRÆSIDE

Clarissimo atq; Eximio

M. HEINRICO KRAUSEN,

Torgâ-Misn. S. S. Theologiæ
Studioſo,

*Eruditorum examini
subjicit*

CASPARUS MICHAËLIS,

Wittebergensis Saxo,

AUTHOR & RESPONDENS.

Ad d. 23. Martij, horis locoq; consuetis.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XLIV.

בִּירָהַן!

Verè quidam magni nominis Theologus dixit: Non tam querendum & curandum esse. Quomodo Anima sit in corpus ingressa, quā quomodo sit aliquando egressura & in statu alium ventura. Verè quidem dictum hoc est, nihilominus tamen, quia hominem esse, & quid Homo, quae ejus forma sit, per quam est id quod est, nescire, parum humum est, atq; adeo etiam magna dementia, alia scire, & se ipsum nescire, ideo etiam huic cognitioni, quā, si non sufficienter (quod vix ab humani ingenij imbecillitate sperandum est) a quo salem modo cognoscere possumus anime nostrae ingressum, aliquid tribuendum est temporis, qui, ut admirabilis est, ita etiam difficultate non caret suā. Tu igitur, gloriose D E U S, da mihi nosse me, quia nosse me, est nosse te. Nam quicquid ego sum, id à te sum, id ad Te sum.

THEISIS I.

PRÆMISSE jam ad DEUM voto, & præsupposito hoc, quod animam hic consideraturi simus non à ψυχή seu sub quidditativo spiritus conceptu, absq; respectu ad corpus, prout ab aliis in Metaphysicis, ab aliis rectius in Pneumat. tractatur; sed χειρούχης, relative, prout altera hominis pars est & forma specifica, quā hominem dicimus animal rationale, à facultate ratiocinandi, quāq; ab aliis animalibus discernitur, talem ponimus definitionem:

II. Quod anima rationalis sit forma corporis organici, per quam illud corpus potest intelligere ratiocinari & velle.

III. Hinc, Cum anima rationali non sit accidens, nec corpus, sed forma substantialis, sequitur, quod anima hæc sit forma hominis informans, & altera ejus pars, quia homo per hanc ab omnibus aliis animalibus specie differt.

A

IV.Fa-

IV. Facultates seu affectiones hujus animæ propriæ, in definitione positæ, ita dispisci possunt, ut quædam animam in se & quidditate sua consideratam respiciant; quædam vero animam tantum, quæ est forma hominis. Et illæ proprietates vel terminis negantibus exprimuntur, vel affirmantibus.

V. Quæ affectiones tamen iterum sunt vel principales, vel minus principales.

VI. Principales sunt due, vñs καὶ βέλησις, intellectus & voluntas. Nam aliud est, rem cognoscere, aliud rem cognitam appetere.

VII. Intellectus est facultas animæ rationalis, quæ homo res intelligibiles intelligit, apprehendit atq; dijudicat.

VIII. Vocatur autem pars animæ, non *essentialis*, quandoquidem anima Rationalis non constat partibus totum *essentialis* constituentibus, neq; *integralis*, cum in sua natura immaterialis sit, neq; constet partibus quantitatibus, quibus totum *integrale* constitui debet; sed *Potentialis*, seu, *facultas*, quæ est principium intelligendi.

IX. Neq; tamen merè & purè potentialis est, instar tabulae ratiæ, quia adsunt principia, & speculativa, & practica, quæ homo, non minus quam bruta animalia, secum adfert in hunc mundum, nec ulla gens tam immanis atq; barbara est, quam non aliqua DEI imberit cognitio.

X. Voluntas est facultas seu potentia animæ rationalis, qua homo res intellectu cognitas appetit vel aversatur.

XI. Estq; alia *indeterminata*, quæ etiam universalis & βέλησι dicitur, alia *determinata*, quæ & particularis & βέλησis nuncupatur. Illa est, quæ homo simpliciter fertur in omne bonum, adeoq; nudè tantum illud appetit; Hæc vero est appetitus restrictivus ad certa media, quibus intervenientibus aliquod bonum volumus.

XII. Est & voluntas alia *consiliativa*, alia *affictiva*, alia deinq; *imperativa*. Ista bonum vel malum quidem esse indicat; Illa bonum appetit vel aversatur: Hæc indicata fieri vel non fieri præcipit.

XIII. Minus Principales, quæ ex intellectu & voluntate fluunt, indeq; nomini figura sortinuntur, sunt facultas sermocinandi, ridendi & flendi.

XIV.Fa-

XIV. *Facultas sermocinandi* est potentia ad res mente conceptas enunciatione manifestandas. Cujus *Causa efficiens principali* est ipsa anima facultate hac prædita. *Instrumenta* autem sunt, lingua, guttur, palatum, dentes & labia. *Materiale* est vox seu sonus concinnè moderatus. *Formale* est vis significandi, quâ vocis certæ articulationes significant res intellectu conceptas & à voluntate approbatas, *Objectum* est bonum & verum.

XV. *Facultas ridendi* est potentia ad quandam animi motum, ex re nova & jucunda obortum, repræsentandum. *Causa efficiens principalis remota* est anima rationalis, facultate hac prædita; *Proxima thoracis & Diaphragmatis dilatatio*. *Instrum.* est cor, dia phragma. *Objectum* (1) *res novæ*, antiqua enim & vulgaria risu non movent, cum admiratione careant. (2) *res jucundæ* (3) *res repentinae*, hinc facetiæ, quæ lingua tardiore proferuntur, jucunditatem omnem amittunt. (4) *nec leves*, quia res graviores risu indignæ censemur. Quibus addi possunt & res ludicræ, in setijs enim risus non habendus.

XVI. *Facultas flendi* est potentia ad singularem animi motum, ob rem tristem obortum, repræsentandum. *Efficiens* est ipsa anima facultate hac prædita. *Objectum & instrumenta* sunt rei tristis cognitio, humores è cerebro ad glandulas, in oculorum anguis sitas, demittens. *Finis* est tristitiae significatio.

Consideratis ita proprietatibus & effectis hujus anime nobilissimis, subjicienda etiam sunt questiones quedam, que illius constitutionem vel præcedunt, vel subsequuntur, non minus nobiles.

XVII. Tenendum itaq; (1) quod anima non educatur è potentia materiae, instar aliarum formarum materialium, quam tamen sententiam se probaturos quidam sperant; quod formæ dependant in fieri, in esse & operari, à materia; sed concedimus nos quidem hoc, quod formæ illæ non possint fieri (vel potius propagari) sine materia, sed sint potius & operentur simul in & cum materia, hoc tamen exinde non sequitur, quod è potentia materiae educantur formæ, & dependentiam essentiæ habeant à materia, quæ se mere passivæ habet.

XVIII. Neq; fiant (2) à D E O, aut cœlo, quia remotæ hæc saltem

tem causæ sunt & universales, particularem autem & proximam
nos inquirimus. Et concurrit quidem DEUS ad omnium rerum
generationem, ut causa prima & universalis; sed quæ oriuntur, cau-
sarum secundarum effectus sunt, & sic DEUS dicitur omnium re-
rum causa efficiens, quia in prima creatione eas creavit, & quia
causis secundis dedit vim ac potestatem proximè effectus suos pro-
ducendi. Nihil hic obstat Aristotelis autoritas, quod Sol & homo
generent hominem: Non enim aliter intelligendum hoc est, quam
solem, ut causam remotam & universalem, hominem verò, ut pro-
ximā & particularem, hominem generare. Nec obstat, quod Adamo ab ipso DEO inspirata anima legitur; Diversa enim ratio est
creationis primæ & secundæ, diversa etiam ratio naturæ constitu-
endæ, & jam constitutæ. Objiciat autem aliquis porro: Quoni-
am anima generari non potest & ingenerabilis est, est enim incor-
ruptibilis, immaterialis & immortalis. Ergo creari necesse. Resp.
N. V. C. Anima rationalis generari non potest, instar aliarum
formarum Physicianarum; Ergo immediate creari oportet?

XIX. Neq; tamen probamus sententiam Origenis, qui statuit
à DEO in eodem momento omnes animas rationales creatas, & in
divini thesauri apotheca asservatas, deinde suis corporibus infundi,
quia animæ prius debent uniri cum corpore, quam separari ab ipso
possint: Exinde etiam sequeretur, quod animæ creatæ asservaren-
tur alicubi, vel in celo, vel in inferno, quod est absurdum.

XX. Cui errori patrocinantur etiam, aut nō procul absuerunt
ab eo Ægyptij, qui certum & determinatum animarum numerum
à DEO creatum fuisse statuunt, ex quarum numero una atq; altera
in prioris interempti corpus succedat atq; transeat.

XXI. In animarum numero constituendo etiam quidam pe-
ccant in excessu, quidam in defectu. *In defectu* alij unam in univer-
sum solummodo esse animam humanam contendunt, alij verò fœ-
minas animabus carere nimis audacter affirmant, quibus tamen
opinionibus SS. literæ & operationum diversitas reclamant, quarū
quælibet talem formam, quæ ei dat esse, distinguere & operari, spe-
cificata requirit. *In excessu* peccant, qui tria esse cōdū s. Iér̄m animæ
humanæ statuunt, quorum λεπτυματικοὶ, ejusq; officia nu-
trit.

tritio & generatio. 2. Ιημικὸν, cuius officium vita & affectus.
3. ηγεμονικὸν seu λογιστικὸν, cuius officium sit intellectus, memo-
ria & ratiocinatio. Quibus tamen opinionibus calculum nostrum
addere non possumus.

XXII. Sed unam tantum in homine esse Animam asseveramus,
eamq; inferiorum animarum facultatibus, vegetandi & sentiendi
sc. præditam, & denominationem à nobilioři habentem; quia
cum unius rei unica tantum sit essentia specifica, unica etiam erit
forma, & hinc anima, quæ forma est, & essentiam propriè consti-
tuit, unica erit. Objicunt quidem, quod si in homine non sit
anima vegetans & sentiens, sed saltem facultates illarum, potentia-
rum fore potentiam? sed nulla est conseq. Neq; enim à facultate
sentiente fluit vegetans anima, vel sentiens à ratione, sed omnes ha-
tres facultates immediate ab una anima fluunt. e. g. in qualibet
plantâ est anima specifica, quæ tamen varias facultates habet, nu-
trit enim, auget & generat, & tamen proprias suæ speciei actiones
edit, ita, ut alias proprietates & actiones habeat rosa, alias rosma-
rinus. Et si non absurdum est, ab una anima plantæ plures facul-
tates & actiones proficiisci, quidni hominis anima idem præ-
staret?

XXIII. Neq; vero rationes desunt, quibus nostram sententiam
stabilire possimus. Si enim in homine plures essent animæ, non
esset quilibet homo unus homo, sed diversas operationes à diver-
sis formis accipiens, esset monstrum, & tergeminus Geryon, ut
Ical. inquit. Exerc. 307. Nec ullo modo anima, quæ est substan-
tia immaterialis, est composita, ex duobus præsertim actu con-
trariis, qualia multa dari possunt. Neq; enim ignis tam contra-
rius est aquæ, quam ἡ λογικὴ τῷ ἀλώγῳ.

XXIV. Si verò, quod quidam volunt, homo successu tempo-
ris plures reciperet animas, eliceretur inde, quod darentur indivi-
dua viventia, fictis chimaeris non absimilia, quæ ad nullam speciem
viventium pertinerent, nam dum homo viveret, anima vegetante
solum, esset planta, nec tamen species plantæ, dum viveret anima
sentiente, esset animal, nec tamen ad ullam animalis speciem
pertineret.

XXV. Unde autem anima hæc nostra originem suam trahat,
disquirendum nunc venit. Ubi animam unà cum corpore per bene-
dictionem divinam ex parentibus propagari asseveramus, & pro-
bamus hoc ex SS. literis, & rationibus aliquot.

XXVI. Quia (α) DEUS non solum ab omni nova creatione
die 7. quievit, sed etiam (β) homini non minus quam brutis, illud
crescite & multiplicatimi dixit, viq; hujus benedictionis Adam fili-
um suum ad imaginem suam, (peccaminam sc. cuius πέccάτων
δεκτήν esse animam in confessio putamus) genuit, & (γ) etiam
expresse Gen. 46. Exod. 1. animæ ē lumbis Parentum dicuntur
egressæ.

XXVII. A ratione etiam alienum esset statuere secus, quia
(α) cum homo generet hominem, absurdum esset hoc asserere, si
nobilissima pars hominis, & quidem hominem constituens, ab ho-
mione non proficeretur. Brutorum (β) generatio etiam sic
esset perfectior hominum generatione, cum tamen semper nobi-
liorum effectorum nobiliores etiam causæ existimantur.

XXVIII. Quod si verò cum quibusdam animam ex substantia
DEI productam asserere vellemus, sequerentur absurdita hæc (1) DE-
UM esse partibilem, animā verò esse immensam, æternam, omnipo-
tentem, imò ipsum DEUM. (2) DEUM non esse actum purissimum
(3) essentiam divinam à potentia ad actum, à vitiis ad virtutes & vi-
ce versa, transire, atq; (4) in impiis subjici cruciatibus infernalibus.

XXIX. Neq; verò tueri se possunt hoc fundamento, quod di-
cimur DEI progenies Act. 17. Non enim secundum substantiam,
sed qualitates tantum divinas intelligendum id est. Neq; etiam
hoc ipsis patrocinabitur, quod DEUS dicitur Pater spirituum
Heb. 12. Nunquam enim in SS. DEUS dicitur Pater noster,
respectu generationis Carnalis, sed hoc nomen iis solis relinquitur,
qui ad suam similitudinem, carnem ex carne generant, unde etiam
Patres Carnis dicuntur. DEUS autem Pater spirituum non alio
respectu dicitur, quam quod Spiritu suo Sancto ἀναγένεται ex seipso nos
generet spiritus.

XXX. Neq; etiam, ut quibusdam videtur, Anima est tempe-
ramentum, quia hoc est accidens, & pro ratione circumstantiarum
varie

variè mutatur, quod secus est in anima, quippe, quæ substantia est & immutabilis, neq; etiam, ut corpus, videri, tangi aut sensu ullo percipi potest.

XXXI. Porrò, non immerito hic quæritur: An in omnibus hominibus sit una numero anima tantum, An v. unusquisq; suam propriam sibi vendicet animam? Affirm. posterius, ob sequentes rationes: Si enim una numero tantum anima esset in omnibus hominibus, omnes homines essent unus homo. Deinde operaciones atq; intellectiones, sive actus secundi, multiplicantur in hominibus, secundum individuorum numerum, alia enim est opposentis, alia respondentis, alia præsidis intellectio. Ergo etiam actus primius animæ est multiplex. Diversitas enim operationum dependet à diversitate formarum. Manet itaq;, unumquemq; hominem peculiarem & propriam habere animam & formam, à quâ informetur.

XXXII. Negamus hic contra Goclenium, qui duplē vitam statuit in homine, propter hanc rationem: Cum homo moritur, inquit, Vita corporis interit, vita vero animæ manet. Ex hoc vult probare, quod duplex vita sit in homine, *essentialis* nimirum animæ, & *accidentalis* corporis. Verum qui quid vita sit novit, etiam hoc merum Goclenij somnium esse novit. Propriè etiam loquendo, non vita corporis extinguitur, cum homo moritur. Anima abiens, omniaq; sua secum tollens, absentia suâ nil nisi caderet gignit, cuius forma non positivum, sed privativum quid est.

XXXIII. Brevibus nunc subjiciemus illam quæstionem satis arduam: An Anima sit immortalis. Et hujus Quæstionis nonnulli affirmativam, nonnulli negativam amplexi sunt sententiam. Nos quod attinet, Animam esse immortalem ex Religionis nostræ Institutis tenemus. Notandum autem est, Immortale dici $\chi\omega\zeta$; (1) pro impotentia moriendi absoluta & omnimoda, & hoc est summum & absolutissimum immortalitatis genus; esse simpliciter & omnimodo, tam intrinsecus quam extrinsecus, immortale, ac protinus immutabile. Sic solus DEUS est immortalis $\sigma\tau\omega\delta\omega\varsigma$ per essentiam. 1. Tim. 6. qui solus habet immortalitatem. 1. Tim. 1. (2) Pro impotentia moriendi, ex gratia creationis concessa, ut sunt Angeli. Vel (3) non è potentia materia, & sic anima rationalis est immortalis.

XXXIV.

XXXIV. De sede etiam animæ diversæ à diversis agitantur & defenduntur opiniones. Quoniam verò Sacra Scriptura animam partim cordi, partim cerebro tribuit, statuimus: Animam esse in toto corpore totam, quicquid enim habet animam rationalem, sive pars sit, sive non, id totum in corpore toto, & totum in qualibet parte corporis reperitur, anima enim est incorporea, nec certæ partes animæ sunt in certis corporis partibus, nec figura ejus superficiebus corporis, aut partium ejus ita concludi potest, ut manus vel pes animæ sit in manu vel pede corporis, exinde sequitur infallibiliter, Animam in corpore aliter esse non posse, nisi, quod in una parte est, illud ipsum in ceteris partibus & in toto corpore, sit, sicuti D E U S in toto mundo, & in omnibus ejus partibus, non secundum partes, sed totus est. Deinde etiam una & eadem causa effectus diversos producere non potest, nisi præsens fuerit. Anima verò simul actiones diversas in organis ad diversos corporis & animi habitus assuefactis efficere potest, e.g. Cum Citharædus librum inspicit, simulq; canit cithara. Necesse est, animam ibi esse, at non secundum partes est, cum sit spiritus, ergo totam in diversis partibus esse necesse est. Concludimus itaq; animam non magis esse in corde & cerebro, quam in manu vel pede, uti hoc à D. Sennert. l. 6. c. i. Epit. Nat. scient. ulterius deducitur.

XXXV. Patet itaq; hæc quæstio expræcedenti, Animam in corpore non esse tanquam in loco; Quicquid enim est incorporeum, illud in loco esse nequit; (est enim corporis naturalis tantum affectio, esse in loco, affectio autem corporis naturalis non est affectio spiritus seu animæ.) Anima est incorporea; Ergo in loco esse nequit. Item, Quæ unum constituunt ψιστέμενον, illæ se non habent ut locus, & locatum; Anima & corpus unum constituunt ψιστέμενον, unam speciem sc. hominem. Ergo. Deniq;: Quicquid non habet omnes proprietates loci, illud locus esse nequit. Corpus humanum, quatenus in eo est anima, non habet omnes loci proprietates; Probo hoc, quia animam, ut locatum, corpus ut locus non conservat, quod tamen loci proprietas, ut sit conservatus sui locati, corpus verò non animam, sed potius hæc illud conservat. Ergo.

XXXVI. Ani-

VXXX

XXXVI. Animam rationalem etiam brutis convenire nullus est, qui affirmat, esset enim contradic̄to in adjecto, brutum esse, & animam rationalem habere.

XXXVII. Quaestione illam: An voluntas cogi possit, in utramq; partem rapiunt Autores. Quidam affirmant, quidam negant. Nos verò unicā distinctione rem dabimus expeditam. Voluntas est cogi nescia intrinsecē, non extrinsecē. Hinc & libertas tollit necessitatem coactionis.

XXXVIII. Quā porro sit ratio: Quod hominū aliqui ad risum sint promptiores, aliqui tardiores, hic quoq; queritur. Actum primum ex æquo omnes homines participant, sed non ita secundum. Fit hoc in primis ob duplē rationem: Alij ad risum promptiores sunt, quia facile admirantur; alijs, quia facile latentur. Hinc contra alijs ad risum sunt tardiores, quia difficulter admirantur, alijs, quia difficulter latentur. Unde quaestiones: Cur foeminae citius rideant Viris? Cur pueri plus rideant senibus? Cursangui- nei plus rideant Melancholicis & Cholerici? Cur difficulter rideant ægri, irati &c. facile solvi possunt.

XXXIX. Extra controversiam tamen ponimus, solum hominem ridere, solus enim admiratur. Cum autem brutis res nova affertur, terrentur, & stupore premuntur. Hominibus verò admiratio excitatur, & cum admiratione risus. Imò quæcunq; risus detur ratio, animam rationalem presupponendam esse monstrabit. Analogum tamen quoddam brutis non negamus.

XL. Hominem quoq; vitam posse prolongare affirmamus contra Stoicos. Si enim horum sententia esset vera, sequeretur, eos, qui sibi ipsis violentias inferunt manus, diutius vivere non potuisse; Medicamenta etiam omnia essent frustanea, quorum beneficio tamen præsens sanitas conservatur, absens reparatur, ac prolongatur.

XLI. Priusquam contrahamus vela, subjiciemus & illud: An homo ex profuso gaudio mori possit, & ex nimia ira itidem? Ubi affirmamus prius, quia spiritus ibi dissipantur & cor planè deserunt. Posterius verò negamus, ob hanc rationem, quia calor & spiritus liberè quidem per totum corpus feruntur, non tam extinguitur, nec suffocantur. Et hæc pro virtus ingenij sufficiant.

SOLI DEO GLORIA.

Ad Prastantissimum Dn. Respondentem.

TE trivisse tuum tempus non deside vitâ,
Hisce tuis Thesibus nos sat, amice, doces.
Perge modo studiis sic incubuisse, manebit
Sic Tibi promerita laude paratus honos.

gratulab. f.

M Sebastianus Wirdig.

Dumq; alij Baccho insani Paphiaq; licarunt,
Compita compleentes comblatcrante sono,
Septenas Sophies Tu lustras sedulus Artes,
Invigilans studijs nocte dieg. bonis.
Ergo continues porrò, C A S P A R E, labores,
Et tibi concedet cuncta petita D E U S.
Sic appl.

M. Heinricus Krause/ Præses.

*Ad Dn. Respondentem, & Autorem, Amicum
& conterraneum suum dilectum.*

Felix, qui juvenis Musis se emancipat almis,
Nascitur hinc verè Gloria, Fama, Decus.
Vivere cum Musis, hæc maxima in orbe voluptas,
Nam dulces Musæ gaudia vera parant..
Hæc tu perpendens animo, CASPAR MICHAELIS,
In studia est omnis cura laborq; tuus.
Præsens discursus physicus benè comprobat illud,
Attentè quem jam Balthica Musæ legit.
Hinc tu conscendas Parnassi culmina sæpè,
Aönides referent digna Brabéa tibi.
Hoc precor, hoc opto, votisq; hoc omnibus oro,
Christe fac optatis pondus inesse meis.

Sic vovet συγχαίρων

*Johannes Flitnerus,
Sulæ-Hennebergicus.*



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729614948/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729614948/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729614948/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729614948/phys_0016)

DFG

variè mutatur, quod secus est in anima, & immutabilis, neq; etiam, ut corpus, percipi potest.

XXXI. Porrò, non immeritò hic quod hominibus sit una numero anima tantum propriam sibi vēdicer animam? Affirmationes: Si enim una numero tantum hominibus, omnes homines essent unus hinc atq; intellectiones, sive actus secundi, inibus, secundum individuorum numerūtis, alia-respondentis, alia prāsidis intellectus primus animæ est multiplex. Diversitas pendet à diversitate formarum. Manet minem peculiarem & propriam habere anima informetur.

XXXII. Negamus hic contra Godwinum statuit in homine, propter hanc rationem, inquit, *Vita corporis interit, vita hoc* vult probare, quod duplex vita sit in rūm animæ, & accidentalū corporis. Vicit, etiam hoc merum Goclenij somnium loquendo, non vita corporis extinguitur. Anima abiens, omniaq; sua secum tollens, ver gignit, cuius forma non positivum, sed

XXXIII. Brevibus nunc subjiciemus induam: An Anima sit immortalis. Et hujus demonstrationem, nonnulli negativam amplexi sustinet, Animam esse immortalē ex Religionem. Notandum autem est, Immortalē potentia moriendi absoluta & omnimodū absolutissimum immortalitatis genus; est dē, tam intrinsecus quam extrinsecus, immutabile. Sic solus Deus est immortalis. I. Tim. 6., qui solus habet immortalitatem. I. moriendi, ex gratia creationis concessa, ut potentia materiæ, & sic anima rationalis



the scale towards document

stantia est sensu ullo omnibus iisq; suam sequentes omnibus operatio- in homi- pponen- siam actus onum de- temq; ho- am, à quā duplicem homo mo- snet. Ex ialis nim- ita sit no- priè etiam noritur. nisi cada- id est, m satis ar- nulli affir- Nos quod stitutis te- (1) pro im- mūm & omnimo- fūs immu- ssentiam. nōpotentia el (3) non ē

XXXIV.

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. _____